

pecuniâ exhibeatur singulorum diploma, quo et ipsi polli-
ceantur, quando in vivis fueris, neminem se artificem
inventi participem facturos, et subditis gravi multa
interdicant, ne eas in manus suas delatum ullo modo
aggrediantur imitari. Tali cautione, quis non videt,
magis securitate correctum esse, quod ab inventore
primo Telescopii Belgâ nostro, quam impudentissime
peccatum fuit: et quicumque res exciderit, præcipuam
te laudem, et lucellum luculentum tot æmulis (quos
utique non evades) prærepturum. Ita equidem consul-
tus, super negotio neutiquam arduo respondendum
censui. Tibi cætera curæ sunt, qui si beare me vis
maximè hominem sanè ignarum, sed totius Opticæ
ardentissimum amantem, obsecro te verò, ut si fas
est, aliquid mihi tam pulchrarum demonstrationum
palam fiat, quibus inclusisse negotium omne dixeris,
et hujus perbolâ denique quam Gallus noster, et parabola
quam alij adstruunt exclusâ, soli cirento tribuere, quæ
tam nobilis inventi infinita, meo iudicio, potestas
et sequela est. Si tui agere est, ut adduci possis, jam
pari sorte me cum vulgo habes, et quam propediem
expectari a te prima rei experimenta jubeas, ardori
meo denuncias quoecumque locorum simo. faxo
ut inter terræ Præcipes uni meâ operâ innotescas,
quem si cæteris prætuleris nunquam paenitebit.
Vale Viri Clarissime, et ut ad proposita, mox ut
otium scribendi fuit, non illibens respondi, paria
ubi integrum erit, facito. Pandera in castris W.
Cal: Nov: CMDCCXXXV.

Heinsio.

(226b).
Expecto hæcenus Viri nobilissime, quid Baltraco repositu-
rus sis, et Faucello: quorum scripta et literas, statim
ut quid otij inter te tubas nactus fui, initio nimirum
Septembris ad te misi: obtestatus post illa quoque
D. Maunakerum exitii socium, hujus te officii com-
moveret. inventum esse, qui dissertationem tuam
eleganti calamo describeret: cuius rei gratiâ rogave-
ram, ut de manu idoneâ hæc despiceres, sed ad
eo tempore, quis in luctuosissima Nobis incendio, viri
hominis operam sperare potuit. Inventus est
itaque penes nos, qui hoc labore non incommodè
defunctus est, Amanensis optimi Rineti, qui Vir
Humanissimus.

humanissimus, et tui in primis studiosissimus, denique quod est precipuum hæc in controversia, valde tibi assentiens in Hebraicis verbis, quæ pauca passim intercurrat, ipse manum adhibuit, ego Græcis, cæteroque textui quem spondere audeo tersum et limatum ad Gallos ire. Distinctionum et accentuum ubique eâ habita ratione, quæ par est tuis in scriptis, qui cum curâ si quis alius, minutissimas eorum quoque designas et observari amat. Reliquum est ut utriusque epistola jungantur: et jam in promptu mea esset, si ultimam ad me Balzaci, quam cæteris involvi, remisisses. Id ut quam celerime facias rogo; oblata præsentis oportunitate, quæ certum est, traditum ista in paucioribus septimanis, quam priora mensibus vagata sunt: Vale meum decus, et in illo etiam recessu, mihi tera nimirum vicinæ Cremonæ, pretiosi capitis curam habe. Paderas in castris. Id. Calend. Nov. MDCCXXXV. (227).

Wilhelmio.

Manuscript notes:
 de...
 de...
 de...

Perissee quot suspicaris ex ijs literis, quas quotidie pro humanitate tuâ quotidie ad me scribis, parum veri statuis, Affinis optime, parum æquæ, quod publicos Sabellianes, et innocentes item pueros, qui dispositis ultro citroque commoveant, neque fallaci operâ, nisi fallor ipse, commercio nostro illudunt. sed si tere nimirum aliquando cogor, muneri mei negotiis, quæ non æquali impetui me incurrunt, variè distractus, nonnunquam audeo, ubi res non maximi momenti moram ferre videantur, aut silentium, sine cuiusque detrimento. Fortasse me nesciebas tibi tam familiarem esse: sed culpam, si quæ est, benevolentia tua adscriben tam putam; et denique tuas affines inter, non dedecere pro re natâ, vel alterutrius commodo, piscem vel picam agere. De Bone. nihil nisi molesto vobis animal, nihil ultra audeo, postquam inter mulieres decretum est, cuius vulturis hoc erit cadaver: At nec de operis quidem ultra quicquam. facis enim ut mandatorum subinde nos pudeat, qui tantâ sedulitate rei alienæ incumbis. Adde quod ipsa anni tempestas manuum de regula vocat, neque ferè spes est coronicem, quod valde optaueram, et frontispicium confici ante Brumam posse, nam in Pjmpano, ut cætera omittam, nescio quæ rerum vanitas scâpello exhibenda superest, quam sequior ille meus lapicida omni lapides, toto bimestri non absolvet. Deinde quod ad Coronicem, de quâ dicebam, preteritur, nescio